



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino
Lugduni, M. DC. LXXX.**

83. An sit in fasce herbarum, olerum, vel lignorum, quæ ad cibum hominum, vel ad pabulum animalium, vel ignem venduntur, inueniatur herba aliqua magnæ virtutis ignoratæ possit emi pretio currenti? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

habitura sit incommodi, molestia, periculi, sed incertitudinis in estimatione summa cum nonnulla compensatione oneris, quod situm est in obligatione hoc pro altero curandi ad eius instantiam.] Hac Malderus.

2. Sed, licet hac opinio sit probabilis, mihi tamen contraria probabilior videtur, quam sequuntur Layman in *Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tr. 4. c. 17. §. 5. n. 33.* Villalobos in *summ. 10. 2. tract. 2. 1. diff. 8. n. 6.* Lessius lib. 2. cap. 2. 1. dub. 9. & Salas sibi contrarius *rr. de empt. dub. 40.* Bonacina de *contr. disp. 3. q. 3. punct. 10. num. 4.* & ante illos Ludouicus Molina de *inst. rr. 2. disp. 361. n. 4.* Afferunt enim hi Doctores, quod quando aliquis sua industria apud Principem facile impetrabit solutionem, potest chirographum emere dimidio, si interesse, periculum, incertitudo, & molestia, quæ aliis communiter subire debet in hac actione prosequenda, iudicio aliorum aestimentur pertingere ad chirographi, seu librancie dimidium. Et ratio est: quia, ut ait Bonacina, & alij, ubi supra, iustum pretium rei emptæ non est, quanti res valet emptori; sed, quanti in se valet, aut quanti valet ipsi creditori, consideratis certis circumstantiis. Cum ergo dicta chirographa venditori non valeant in totum ratione difficultatis, & exiguae spei, quam creditor habet illa recuperandi: sequitur, huiusmodi chirographa minoris emi posse.

3. Confirmatur, ait Lessius n. 76. quia hæc chirographa, cum non habeant pretium lege taxatum, illud est assignandum ex communi estimatione. Vnde, si Princeps Turcarum tibi debeat centum aureos, nullaque, vel parua sit spes obtinendæ solutionis, fas est hoc debitum emere paruo pretio, verbi gratia, centum, vel quinquaginta, etiamsi emptor facile integram solutionem obtinebit: hoc enim est tribuendum suæ industrie, & bonæ fortunæ. Et sic ego aliquas Apodixas Tabulæ huius ciuitatis, & vocant, *del conto à parte. & della Corre*, difficilis exactionis, olim sapius consului minoris emi posset Salua, &c.

RESOL. LXXXII.

An gemmas insignes, canes, falcones, picturas antiquas, & similia, quæ non habent pretium taxatum à Principe, vel à communi hominum estimatione, possint venditor vendere eo pretio, quo voluerit? Ex p. 1. tr. 8. Resol. §. 6.

Sup hoc infra in Resol. 91. §. 5. Sepri. mo, & §. 8. Ad septimu.

§. 1. **O**vidam negant: ita Lessius lib. 2. c. 2. 1. dub. 3. n. 16. Nauarrus c. 2. 7. n. 28. & alij. Probatur primo: quia qualibet res vendi debet iusto pretio; sed iustum pretium earum rerum, quæ nec lege, nec communi estimatione taxatæ sunt, sumendum est iudicio prudentis mercatoris, qui spectatis circumstantiis ad rei valorem facientibus, eam aestimat. Ergo non est licitum tanti has res vendere, quanti vendi possunt. Secundò, iudicium, quo iudicatur aliqua res tanti valere debet esse prudens: sed nemo potest prudenter iudicare rem aliquam valere tanti, ex eo, quod venditor tanti velit vendere: ergo, &c. Hanc sententiam communiter sequuntur omnes.

2. Sed contrariam tenet Sotus de *inst. lib. 6. q. 2. a. 3.* Valentia 10. 3. disp. 5. q. 20. punct. 2. Emmanuel Sa. verb. *Venditio*, num. 14. & nouissime Reginaldus in *praxi*, lib. 25. cap. 16. sect. 4. num. 286. ubi ait: (Illa verò: quæ allata sunt in contrarium, nimium, quod res tantum valeat, quanti vendi potest; & quod unusquisque in suis rebus sit moderator, & arbiter; Petrus a Nauarra lib. 3. cap. 2. num. 11. notat vera esse solummodò in his rebus, quæ nec lege, nec communi hominum estimatione appetiari solent, ut sunt gemmæ, capilli, accipitres, canes venatici, equi pretiosi, & alia, quæ venduntur ad splendorem, decorem, & voluptates: pro talibus enim, seclusis fraude, & metu, potest tantum accipi in pretium, quantum venditor arbitratus fuerit, & emptor

sciens, & prudens dare consenserit. Etenim, si nulla sit eiusmodi rerum indigentia in Republica, nec vlla necessitas ad nobilitatis in ea splendorem, sed tantum ad curiositatem pertineant, iustum pretium earum non aliter determinatur, quam estimatione ementis, qui illas tanti facit, ut putet pertinere ad nobilitatis suæ, ac diuitiarum splendorem, dare tale pretium.) Hæc ex Nauarra Reginaldus, ex quibus patet responsio ad positam dubitationem.

RESOL. LXXXIII.

An si in fæse herbarum, olerum, vel lignorum, quæ ad cibum hominum, vel ad pabulum animalium, vel lignum venduntur, inueniatur herba magna virtutis ignorata, possit emi pretio currenti?

Et inferius, quod qui sciret in alterius fundo latere thesaurum, vel venam pretiosæ metalli, vel fontem delitescentem posse illum emere non maiori pretio, sed pretio currenti.

Idem dicendum est de lapidibus pretiosis, gemmis, & similibus. Ex p. 1. tr. 8. Resol. 79.

§. 1. **N**egatiue respondet Turrianus in 2. 2. tom. 2. *Sup. hoc infra in Resol. 91. §. 5. Sepri. mo, & §. 8. Ad septimu.* Et rationem adducit: quia emens debet manifestare venditori ignorantiam valoris rei vendite: ut si quis vili pretio lapidem pretiosum venderet, tenetur emptor manifestare valorem lapidis, quando illum agnoscit. Ergo & in nostro casu idem dicendum erit: ignorantia enim vendentis non aufert pretium, quod res habet secundum communem estimationem eorum, quorum iudicio in qualibet negotiatione assignandum est pretium.

2. Sed, his non obstantibus, aduersus Turrianum stant fere omnes Doctores: & ita docet Molina 10. 2. tr. 2. disp. 333. Lessius lib. 2. c. 81. dub. 11. n. 85. & alij. Et ratio est: quia tota illa res, ad eum usum, quo vendi solet, non pluris aestimatur. Vnde ex his inferunt Doctores; quod, qui sciret, in alterius fundo latere thesaurum, vel venam pretiosæ metalli, vel fontem delitescentem, possit illum emere, non maiori pretio, quam secundum externam superficiem valet: quia, licet pretium sumatur ex communi estimatione; communiter tamen ager ille non aestimatur ratione thesauri, vel venarum: ergo licitum est illum emere pretio currenti.

3. Et ita contra Amillam, Angelum, & alios tenent Doctores citati, quibus adde Rebellum p. 2. lib. 9. q. 5. n. 2. & alios penes Salas, de *empt. dub. 26. n. 5.* qui etiam n. 8. ex multis rectè notat, quod si in aliqua regione res aliqua parui aestimaretur, eamque ignorarent incolæ, posset paruo emissit fecerunt Hispani, ementes aurum apud Indos: & si lapidarius esset ignota virtus alicuius lapidis pretiosi, qui scit illius valorem, potest communi pretio illum emere.

RESOL. LXXXIV.

An, qui vulgò vocantur Recatones, sint obligati ad restitutionem?

Et inferitur primo Mercatores, siue alios posse sine onere restitutionis impedire, ne aliunde ab aliis merces in ciuitatem portentur, dummodò non efficiant fraudes, miris, &c. sed ex sua industria, & bonis artibus?

Secundò, posse quemlibet suppressere merces suas, & equæ ad tempus opportunum, quo eas maiori pretio vendat.

Tertiò, excusantur transferentes triticum extra territorium, etiamsi ob id pretium notabiliter augeatur? Ex p. 1. tr. 8. Resol. 27.

§. 1.